Hollins University
Hollins Digital Commons

Medieval Manuscripts | Rare Books, Manuscripts, and Other Materials

1225

Breviary [HU 7]

Follow this and additional works at: https://digitalcommons.hollins.edu/medieval

Part of the History of Art, Architecture, and Archaeology Commons, and the Medieval Studies Commons

Recommended Citation
Breviary [HU 7]. Special Collections, Wyndham Robertson Library, Hollins University, Roanoke, Virginia.

This Book is brought to you for free and open access by the Rare Books, Manuscripts, and Other Materials at Hollins Digital Commons. It has been accepted for inclusion in Medieval Manuscripts by an authorized administrator of Hollins Digital Commons. For more information, please contact lvilelle@hollins.edu, millerjc@hollins.edu.

inique. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi. quoniam sequebar bonitatem. Non derelinquas me domine deus meus. ne discesseris a me. Intende in adiutorium meum domine deus salutis mee. V. Domine in celo misericordia tua. In laud.

A. Miserere mei deus. Ps. Ipsum. A. Intellege clamorem meum domine. Ps. Verba.

A. A doce de luce uigilo deus. Ps. Deus deus. A. Conuersus est furor tuus domine et consolatus es me. Ps. Confitebor tibi domine quoniam irat. A. Laudate dominum de celis. Ps. Ipsum.

Cap. Fratres. Vigilate et state in fide uiriliter agite et confortamini. omnia uestra in caritate fiant. In laud. hymn.

Splendor paterne glorie de luce lucem proferens. lux lucis et fons luminis dies dierum illuminans. Verusque sol illabere. micans nitore perpeti. iubarque sancti spiritus infunde nostris sensibus. Votis uocemus et patrem. patrem perhennis glorie. patrem potentis gratie. culpam religet lubricam. Informet actus strenuos dentem retundat inuidi. casus secundet asperos donet gerendi gratiam. Mentem gubernet et regat casto fideli corpore. fides calore ferueat. fraudis uenena nesciat. Xpistusque nobis sit cibus, potusque noster sit fides. leti bibamus sobriam ebrietatem spiritus. Letus dies hic transeat pudor sit ut diluculum. fides uelut meridies. crepusculum mens nesciat. Aurora cursus prouehit. aurora totus prodeat. in patre totus filius. et totus in uerbo pater. Deo patri sit gloria. V. Repleti sumus mane. A.

Benedictus dominus quia uisitauit nos et ab inimicis nostris liberauit nos. Ps. Benedictus.

meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meę super
gressę sunt caput meum: et sicut onus grave gravatę sunt
super me. Putruerunt et corruptę sunt cicatrices meę:
a facie insipientię meę. Miser factus sum et curvatus
sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas
in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis:
rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne
desiderium meum: et gemitus meus a te non est abscon
ditus. Cor meum conturbatum est dereliquit me vir
tus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei: adversum me appropinqu
averunt. et steterunt. Et qui iuxta me erant de lon
ge steterunt: et vim faciebant qui quęrebant animam
meam. Et qui inquirebant mala michi locuti sunt
vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem
tamquam surdus non audiebam: et sicut mutus non ape
riens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: et non ha
bens in ore suo redargutiones. Quoniam in te domine speravi:
tu exaudies domine deus meus. Quia dixi. nequando super gau
deant michi inimici mei: et dum commoventur pedes
mei: super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella
paratus: et dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam ini
quitatem meam annuntiabo: et cogitabo pro peccato
meo. Inimici autem mei vivunt: et confirmati
sunt super me: et multiplicati sunt qui oderunt me